



+

E P I S T O L A

Domini GREGORII MAJANJSII,
GENEROSI VALENTINI,

EDVARDO CLARKE

A M A N D A T A.

MEUM ingenium ad amicorum obsequium paratissimum facit, ut illi de me multo præclarius & sentiant, & loquantur, quàm ipse mereor. Itaque si fidem adhibueris eorum testimoniis, senties nimis magnifice de meo studio literarum. Tu, vir prudentissime, si decipi non vis, voluntatem meam pluris facito, quàm facultatem satisfaciendi desideriis tuis. Illa sponte sua fœcundissima est; hæc, invito me, sterilis: prout nunc experior sane perdolenter. Vellem enim Sacrorum Bibliorum omnes *Hebraicos codices*, qui latent in Hispaniæ Bibliothecis, in potestate mea habere, & publicè exhibere, ut a viris doctissimis cum aliis codicibus conferrantur, in commune Christianæ Reipublicæ bonum, & incrementum. Mihi enim in mentem venit illud Isaïæ a Michea repetitum: * *Ibunt populi multi, & dicent, Venite & descendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Gloriorque ejus discipulum esse, qui cum sit Verbum Æternum, de se professus est: *Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil.* Quare *Vetus* illud Testamentum, quod ille coram omnibus revolvere & legere solitus fuit; itemque *Novum*, quod ipse jussit scribi, & omnibus gentibus annuntiari; existimo minime occultari debere; sed ibi proponendum, unde de plano recte legi possit. Sed cum libri sacri Hebraica lingua scripti, in Hispania legi defierint ob ejus linguæ inusum, atque hic

* Micah iv. 2.

inusus ortum habuerit a metu, & postea ab ignorantia confirmatus sit; inde factum est, ut in privatis bibliothecis non supersint, & in publicis religioſe custodiantur. Cum autem Hispani habemus regem, qui superstitiosus non est; credo eum, modo petentis adſit auctoritas, & prudentes cautiones adhibeantur, minime denegaturum sacrorum codicum lectionem, collationem, descriptionem, & quidquid neceſſe ſit ad divini verbi ſententiam intelligendam. Quod ſi Rex Catholicus voluerit, crede mihi, impedimenta omnia quæ enumeras, nihil obſtabunt. Verum, quod omittis, non eſt levis momenti, difficultas inveniendi Hispanos Hebraicæ linguæ bene peritos. Et, ut exiſtimo, hæc eſt cauſſa difficilis aditus ad ſacros codices ea lingua ſcriptos.

PLACUISSSE tibi epiſtolam illam, quam in gratiam excellentiſſimi viri BENJAMINI KEENE ſcripſi, vehementer gaudeo. Vir fuit ingeniû dulciſſimi, quique facile conſequebatur quæ volebat ob ſtudium & perſpicaciam morum hominum, humanitatem facile ſeſe inſinuantem, & liberalitatem. Frequentiſſime ille mecum de rebus literariis agebat; nam, ut erat rerum omnium curioſiſſimus indagator, optimos Hispaniæ ſcriptores noſcere ſatagebat, & ſtudioſe in otioſis intervallis lectitabat.

MIRARIS Henricum Florezium de Nummis antiquis Hispani-
cis Hispana lingua ſcripſiſſe. Ego mirarer multo magis, ſi Latina
ſcripſiſſet. Tunc enim neque exteris, neque popularibus ſuis
placeret. Laudanda in eo viro diligentia, qua tot numiſmata edi-
dit: quod perfacile fuit promittenti famam perpetuam commu-
nicantibus ſecum antiqua numiſmata. Antonius Auguſtinus dili-
genter hoc ſtudium inter noſtrates coluit: clarus Vincentius Jo-
hannes Laſtanofa, adamavit, oſtentavitque: Nobiliſſimus vir Pe-
trus Valerus Diazius, juſtitia Arragonum, adeo præclare calluit, ut
eximias laudes conſecutus fuerit a peritiſſimo hujus literaturæ cen-
ſore, Ezechiele Spanhemio prope finem diſſertationis nonæ de præ-
ſtantia & uſu numiſmatum antiquorum. Ex illius magni viri lo-
cupletiffimo theſauro pluſquam tria millia numiſmatum obtinuit,
& hodie cuſtodit clarus vir Ferdinandus de Velasco in auditorio
duodecemvirorum Stilitibus judicandis in domo & urbe regia (His-
pani dicimus *Alcaldes de Caſa y Corte*) patronus fiſcalis: idemque
vir

*Henricus
Florezius.*

*Antonio Au-
guſtinus.
Johannes La-
ſtanofa.
Petrus Vale-
rus Diazius.*

*300 numif-
mata.*

plusquam 100 *vir* doctissimus nactus est ex ejusdem Diazii bibliotheca *plusquam*
libri de re centum libros de re nummaria agentes. Nonnulli alii in suis ga-
nummaria. zophilaciis magnos habuerunt thesauros, sed absconditos. Edidi
Enmanuel ego Emmanuelis Martini, Decani Lucentini, Epistolas ad hoc ar-
Martinus. gumentum spectantes: nostratium animos excitavi ad hoc studium
Decanus Lu- excolendum. Clarus vir Andreas Gonzalezius Barcia recudi jussit
centinus. Antonii Augustini immortale opus numismatum, inscriptionum, &
Gonzalezius aliarum antiquitatum. Eo vita functo, agnatus illius, ejusdem no-
Barcia. minis, prætorii Granatensis senator, me adhortante illud edidit: &
 statim innumeri oculi aperti, & incredibilis multitudo est inquiren-
 tium antiqua numismata, atque inde orta difficultas inveniendi ea.
 Ego ibi sum, ubi rarissime reperiuntur: & ubi nemo versatur in
 hoc erudito studio. Persæpe inter amicos divisi nummos antiquos,
 quos obtinere potui. Romani, qui apud me manent, tui erint.

Johannes
Iriarte.

Bibliotheca
Scorialensis.

Alphonsus V.

SCIRE cupis, qui libri manuscripti Græci, aut Latini, vel his-
 toricorum, vel poetarum; qui vetusti auctores inediti in Hispania
 supersint? Catalogum Græcorum Latinorumque scriptorum, qui
 extant in regia Madridiensi bibliotheca diligenter confecit, & edere
 cogitat clarus vir *Johannes Iriarte*, bibliothecarius regius. Biblio-
 thecæ Scorialensis varii indices evulgati. Sed quia rari sunt, faci-
 lius est ipsam bibliothecam adire, & in ea ipsos libros consulere,
 si comes adjungaris alicui viro, qui auctoritate vigeat apud biblio-
 thecarium, aut illi monasterio præfectum. An vero possint sup-
 pleri lacunæ aliquæ, Livii, Taciti, Diodori Siculi, Dionis Cassii,
 aliorumque similium, res est, quæ sciri nequit, nisi ipsi codices in-
 spiciantur. Crediderim vero multa posse suppleri, & quampluri-
 ma alia melius legi: nam thesauri Hispanici nondum sunt effossi.
 Quanti vero sint, facile colligere poteris, si consideraveris, quàm se-
 lectæ bibliothecæ Scorialensem formaverint. Magnus ille Alphon-
 sus V. Aragonum Rex, qui literas ita amavit, ut non dubitaverit
 dicere, *Malle se omnium regnorum suorum* (septem autem potiebatur)
jaeturam facere, quàm minimam doctrinæ, adeoque doctos adamavit,
 fovitque, uti Laurentiam Vallam, Antonium Panormitam, Bartho-
 lomæum Faccium, Georgium Trapezuntium, Johannem Aurif-
 pam, Jovianum Pontanum: & *librum apertum* pro insigni habuit,
 significans studium suum erga libros, quibus suorum regnorum bi-
 bliothecas implevit, ornavitque; præcipue suam instruxit raris,
 & antiquissimis libris Græcis, Latinisque, qui postea beneficio Fer-
 dinandi

dinandi ducis Calabriae ex testamento pervenerunt ad Gundizalvum Perezium, Carolo V. a manu, Homeri Odysseae interpretem Hispanum celeberrimum. Illi autem libri teste Antonio Perezio ejus filio translati etiam fuerunt in *Bibliothecam Scorialensem*, quam locupletarunt aliae bibliothecae selectissimae eruditissimorum virorum: veluti *Didaci Furtati de Mendoza*, linguae Latinae, Graecae, & Arabicae peritissimi; *Antonii Augustini*, ad miraculum eruditi; *Benedicti Ariae Montani* in eruditis linguis versatissimi; aliorumque ^{Didaci Furtati.} ^{Anton. Augustini.} ^{Ariae Montani.} *eximiorum virorum*, quorum longa series referri posset. Diligentia itaque oculari opus est ad secretas illas opes inspiciendas. Atque hoc velim consideres. Libri manu exarati, plurisque faciendi in *Bibliotheca Scorialensi*, aut sunt Hispani, aut Arabici, aut Latini, aut Graeci. Hispani nondum in usum publicum derivati sunt; Arabici nunc incipiunt orbi literario innotescere per *Michaëlem Casiri*. Conjectare igitur quantum sperari possit de Latinis, Graecisque.

PRÆTEREA in Hispania fuisse homines Latinae Graecaeque linguae peritissimos, optimisque & exquisitissimis libris instructos, nemo negaverit, si meminerit Ferdinandi Nonnii Pintiani, Petri Johannis Nunneshii, aliorumque similibus: quorum omnium libros ab Hispania exportatos ad exteras bibliothecas, & plures in ea non mansisse, difficulter crediderim. Remanent igitur adhuc plurimi eorum, & supersunt alii in paucis, sed numerosissimis, & antiquis bibliothecis, quae adhuc conservantur, & a gryphibus custodiuntur.

QUANTUS vir sit clarissimus JOHANNES TAYLORUS, fama prae dicat, & abunde didici ab amico ejus amplissimo *Meermano*. Quamobrem licet linguam Anglicam non intelligam, libenter a te accipiam *Elementa Juris Civilis* ab illo edita, ut meam instruant bibliothecam.

SCIRE cupis praecipua opera literaria, quae ab Hispanis publica luce donata sunt ab anno MDCC.? Vastam provinciam mihi mandasti. Eam breviter percurram.

VALENTINI habemus duas bibliothecas, quarum auctores, videlicet Josephus Rodriguezus, monachus sodalicium Sanctissimae Triadis, & Vincentius Ximenes, presbyter & doctor theologus, liberalissimi sunt in conterraneorum laudibus. Praecipue vero Valentini ^{Valentini} ^{Scriptores.} regni scriptores, qui hoc nostro saeculo floruerunt, sunt hi.

THO-

*Mathemati-
cæ com-
pendium.*

THOMAS Vincentius Tosca, presbyter congregationis B. Philippi Nevii, qui in Hispanorum gratiam edidit *Compendium Mathematicum*; itemque *Philosophicum*, sed hoc Latinè scriptum, cui ego adjunxi institutiones morales.

JOHANNES Baptista Corachàn, cujus est *Aritmetica Demonstrata*, sæculo elapso edita, & *Mathesis Sacra* a me evulgata.

JOSEPHUS Emmanuel Miniana, monachus sodalicii Sanctissimæ Triadis, celebratissimus ob *Continuationem Historiæ Johannis Marianæ*, & *Bellum Rusticum Valentinum*.

EMMANUEL Martinus, decanus Lucentinus, cujus elegantissimas *Epistolas* proculdubio legisti.

HIACYNTHUS Segura, monachus Dominicanus, cujus est *Notæ Criticæ*, id est, *Polus Criticus*.

PASCHASIUS Sala, præpositus Valentinus, post cujus mortem in lucem prodiit *Sacrum Veterum Hebræorum Kalendarium*.

NOBILISSIMUS vir, Georgius Johannes, qui scripsit *Narrationem Historicam Itineris sui in Americam Meridionalem*.

AUGUSTINUS Salesius, hujus regni historicus, qui præter alia multa edidit *Dissertationem de Turicæ Marmore nuper effosso*.

*Scriptores
Cathalani.*

INTER scriptores Cathalanos numerandi sunt, clarus vir Narcissus Felix, qui evulgavit *Annales Cathalonice, desinentes in rebus Anni MDCCIX*.

*Marianus
Ribera.*

EMMANUEL Marianus Ribera, monachus sodalicii B. Mariæ Virginis de Mercede, qui præter *Regium Sacellum Barcinonense*, editum anno 1698, evulgavit hoc sæculo librum de *Regum Hispaniæ Patronatu in Regale & Militare Sodalitium Domine Mercedis Redemptionis Captivorum, & Centuriam primam ejusdem Sodalicii*, in quibus libris quamplurima leguntur ex Barcinonensi antiquissimo archio depromta.

*Antonius Ba-
stero.*

CLARUS vir Antonius Bastero Romæ fecit publici juris *Cruscam Provinciam*, opus eximium.

*Josephus Fi-
nestresius.*

CELEBERRIMUS vir Josephus Finestresius edidit *Jurisprudentiam Antejustinianeam, Prælectiones Cervarienses, de Jure Dotium* libros quin-

quinque, & *Commentarium in Hermogenianum*, eruditissima opera legalia. Idem brevi exhibebit *Syllogen Inscriptionum Romanarum, quæ in Principatu Cathalauniæ, vel extant, vel aliquando extiterunt.*

Ejus frater, Jacobus Finestresius, monachus Cistertiensis, edidit *Historiam Monasterii Populeti*, e cujus tabulario produxit multa scitu dignissima.

MATTHÆUS Aymerich societatis Jesu nuper in lucem publicam emisit *Nomina & Acta Episcoporum Barcinonensium*; in cujus operis fine legitur *Syllabus Chronologico-Historicus*, ab eruditissimo Josepho Finestresio compositus.

Ex reliquis Hispaniæ provinciis, regnisque, multi viri hoc nostro sæculo scriptis suis nobilitati sunt, ut clarus *Ludovicus Salazarus*, ob innumera genealogica scripta celeberrimus.

JOHANNES Ferreras regiæ bibliothecæ Madridiensi præfectus ob *Johannes Annales Historicos* valde notus, in quibus illud utile est, quod scrip-
tores, quos sequitur, allegat. Ferreras.

FRANCISCUS de Berganza, monachus Benedictinus, qui in fine *Franciscus de Antiquitatum Hispaniæ*, varia chronica vetera edidit, et in *Ferraras Berganza* convicto, *Isidori Pacensis Chronicon*.

JOHANNES Interian de Ayala, monachus sodalicii B. Mariæ de *J. I. de Mercede*, vulgavit *Humaniores atque amœniores ad Musas Excursus*, Ayala. itemque *Pictorem Christianum eruditum*.

CLARUS vir Andreas Gonzalez de Barcia *Antonii Leonis Pineli* *Andreas Bibliothecam Orientalem & Occidentalem* mirifice auxit, multos li-
bros ad historiam Indiarum pertinentes recudi jussit, & *Antonii Augustini Dialogos de Numismatis, Inscriptionibus, & Antiquitatibus*, a me jam commemoratos. Gonzalez.

CLARUS vir Josephus Bermudez, de *Jure Regii Hospicii* scripsit. J. Bermudez.

CHRISTOPHORUS Rodriguez de *Palæographia Hispana*. Rodriguez.

JOHANNES Gomez Bravo *Catalogum Episcoporum Cordubensium* Gomez edidit. Bravo.

PRODIIT etiam in lucem *Benedicti Aricæ Montani Lectio Christi- B. A. Montanus. stiana*, interprete Petro de Valentia, eximius liber ad ediscendam linguam Hispanam, si conferatur cum *Dictato Christiano* ejusdem auctoris.

- N. Antonii.* LUCE publica fruitur Nicolai Antonii *Censura Historiarum fabulosarum.*
- Marchio Mondexar.* PLENA sunt bonæ frugis Marchionis Mondexarenfis *Opera Chronologica: Dissertationes Ecclesiasticæ* repetitæ editionis, ab auctore ipso emendatæ & auctæ; & *Animadversiones in Historiam Johannis Marianæ.*
- Laurentius Bonivini.* EQUES Mediolanensis, Laurentius Bonivini, evulgavit *Ideam Novæ Historiæ Generalis Americæ Septentrionalis*, in cujus fine leguntur præclarissima opera historica, quæ auctor possidebat.
- Bernardus de Ribera.* EMMANUEL Bernardus de Ribera sodalicii Sanctissimæ Triados, duo volumina edidit *Institutionum Philosophicarum*, & promisit duodecim.
- Stephanus Terreros. A. M. Burriel.* STEPHANUS Terreros, Societatis Jesu, evulgavit *Palæographiam Hispanam*, cujus verus auctor est *Andreas Marcus Burriel*, ejusdem societatis, qui præter *Historiam de Rebus Calipbornicis*, edidit eruditissimum librum de *Æquatione Ponderum & Mensurarum*, nomine urbis Toleti.

POSTREMO *Valentiæ* renovantur varia opuscula, quibus Latinae linguæ cognitio fit facilior per interpretationes Hispanas, cujusmodi sunt translationes Hispanicæ aliquorum auctorum ex *classicis*, ut selectæ Ciceronis Epistolæ, interprete Petro Simone Aprili, & alia opera similia, quæ ego dedi imprimenda. Omitto alios scriptores tibi notos, quorum judicium malo esse tuum, quam meum.

HABES epistolam plenam festinationis. Diligentior ero, cum tua intererit, Vir humanissime. Vale.

OLIVÆ, *Pridie Calendas Septembres, Anno MDCCLXI.*

[Those readers, who do not understand the Latin tongue, will have no reason to regret, that there is no translation of these epistles annexed to them; since the literary history they contain, and the list of authors, would afford them but very dry entertainment.]

LETTER

LETTER V.

STATE of MEASURES and WEIGHTS.

THERE is no part of the *Spanish* customs, of which it is so difficult to give any clear account, as those which relate to their *Measures and Weights*: for they retain in usage to this day, all the measures and weights, which their several conquerors or invaders have introduced at different periods.

NOTHING can give one a stronger proof of the uncommercial genius of this people, and of the little attention which they have ever given to trade, than their ministry's having permitted this matter to rest upon the present footing. There is scarce any thing which is more serviceable to the exigencies of commerce, or which facilitates its course more, than an universal conformity between the measures and weights of the same country. The ROMANS, tho' far from being the most trading nation in the world, yet perhaps for some ages the wisest, paid always the most minute attention to this point, and even established a *commercial pound*, for the greater convenience of their trade.

THE confusion, which results from this strange variety, may be easily conceived. In one province you will find *Moorish* measures and weights, in another *Roman*, in a third *Gothic*. The inquisition hath had little influence in this matter, for of these they have made an *olio*, and mixed Pagan, Mahometan, Jewish and Christian measures and pounds all together. Thus, in SEVILLE you meet with

the *Last*, the *Caby*, and the *Ancyra*; in CADIZ, the *Fanegue*, or corn-measure of two bushels English; which are plainly *Moorish* by the barbarity of their names. In CASTILE you will find one pound; in ANDALUSIA another. In this city you will see a pound of 16 ounces, in that one of 32, in another of 40, which is the butchers pound in SEGOVIA, or the *libra carniceira*, as LIVY calls it: that is to say, these different cities make use of one pound, two pounds, and two pounds and a half. But this is not the worst view of this matter; for in measures of the *same name*, you will find a most unsystematical variation in different places: Thus, for instance, the most common measure of length in SPAIN is the *vara*, or *bar*; this wants three inches of our English yard, being exactly two feet nine, or 33 inches long, if it be after the standard of BURGOS, which was fixed by PHILIP II. in 1568: and FERDINAND VI. by an edict of February 14, 1751, ordered, that in all things relating to war and the marine they should use the *bar* of CASTILE. For till these later injunctions, SPAIN followed in this matter the regulations of ALPHONSUS *the Wise*, who fixed the standard himself, and gave it to the City of TOLEDO; that is to say, he very politically endeavoured at some uniformity in this point, by reducing all the measures and weights in his dominions to the Roman standard. Such is the state of this matter in CASTILE; but when you leave those kingdoms, and get into the other provinces, you will find the variations of this *vara* very considerable; nay, even in CASTILE itself; for the *bars* of BURGOS, TOLEDO, AVILA, and MADRID are all different. The proportion, however, between this measure of BURGOS and our English yard, is always as 100 English yards = to 109 and 3 inches of the *Spanish vara*.

OUR modern calculators have made the *Roman foot* much less than our *English foot*; that is to say, the *pes Romanus*, according to them, is, in English measure, 11 inches, and 604 decimal parts of an inch, or almost half an inch less: but I am strongly inclined to believe, that the English and Roman foot were the same thing. For whoever will peruse the following account of the Spanish *vara* and *league*, extracted from a work of the learned Father BURRIEL, of the Imperial College of Jesuits at MADRID, will